



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Peccatum mortale septem modis perpetratur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

eorum quæ fecisti; quod intelligendū est, nisi peccatum adiunctum effet. Se cunda est quia deus non habet ita bonum amicum nec in cælo, nec in terra quod non odiret ad mortem, si inueniret in eo peccatum mortale. Ter tū-est, quia in tantum odiuit, quod filium eius cum eo crucifigi uoluit. P. Augustinus. Cū innocens occiditur, peccatum crucifigitur. Isa. Propter scelus populi mei percussi eum, &c.

Tertio quia homini sumē nocet. Diabolus nil potest nocere homini nisi per peccatum. Vnde solum sibi caueat homo ab hoste isto, & non sunt ei timendi alij hostes, silicet, nec diabolus, nec malus homo, nec infirmitas, nec mors, nec aliqua aduersitas.

Vnde Gregorius. nulla nocebit aduersitas, si nulla dominetur iniquitas.

Et Ecclesiasticus. Qui custodit præceptum non experietur quidquam mali.

*Peccatum mortale septem modis
perpetratur.*

Primo, per delactionem, quando silicet anima de illicitis cogitando delectatur. Sap. I. Peruersæ cogitationes separant à deo,

Q 4

Grego.
Eccles. 8.

Sap. I.

CHRISTIANA

probata autem uirtus corripit infi-
pientes. Secundo per malam uolu-
tatem , quando uidelicet anima dele-
stationi uoluntatis consentit. Vnde

Mat.5. seruator dicebat . Qui uiderit mulie-
rem ad concupiscendam eam in cor-

Chis.6. de suo iam moechatus est . Et Chri-
stomus. Affectus tuus finem operi tuo

Iac.1. imponit . Tertio per illicitam ope-
rationem , sive exerceatur ors , sive

Iac.1. alia corporis parte . Iac . Peccatum

cum consummatu fuerit , generat mor-
tem . Quarto , per peccati defensio-

Gene.5. nem . Gene. 3 . Mulier quam dedisti

mihi , dedit mihi de ligno , & comedи .

Peccatum quippe peccato adiecit , qui

Hieron. malè gesta etiam defendit . Hierony-
mus quicquid enim mali patimur , pec-

cata nostra merentur . Quinto per

Prou.2 peccati gloriationem . Prou. letantur

cum male fecerint & exultant in re-

bus pessimis . Sextum per nimium co-

temptum , & consuetudinem . Septi-

num per desperationem . Gen.4 dixit

Gen.4. Caim . Maior est iniquitas mea , quam

ut ueniam merear . De his septem mo-

Exo.23 dis legitur in Exo . De primo dixit . In-

amicus , id est diabolus loquitur nobis

suggerendo , & ad noxiā delectatio-

nem trahendo . De secundo persequeat-

Tunc persequitur , quando homo per

malam uoluntatem peccato cōsentit .

De

con-

ad

qua-

spo-

fen-

ma-

dun-

eua-

diu-

con-

ma-

qua-

mi-

qua-

dit-

cla-

tur-

Pe-

stu-

nu-

I

E-

ca-

er-

De tertio, & comprehendam. Tunc comprehendit, dum post uoluntatem ad peccatum operis perducit. De quarto diuidam spolia. Tunc diuidit spolia, dum homo de peccato se defendit. De quinto, implebitur anima mea. Tunc anima eius impletur, dum de peccato gloriatur. De Sexto, euaginabo gladium meum. Tunc gladium euaginat, dum peccatorem ad contemptum, & consuetudinem perducit. De septimo, & interficiet eos manus mea. Tunc demum interficit, quando deuenia desperatur. Et tunc miser homo in aquis uehementibus quasi plumbum submergitur, & claudit super eum puteus os suum, quia claudit ipse os proprium, dum peccatum non cōfitetur. Pater Augustinus. Peccatum est appetere quod Christus contempsit, & fugere quę sustinuit.

Augus.

Peccati mala sunt quinque.

Primum malum est, quia excēdat. Sapi. 2. Excēcauit eos malitia eorum. Et Ioannes in sua Epistola canonica. Omnis qui peccat, non uidet deum, nec cognouit eum. Secundum est, quia cor pecca-

Sap. 2.
Io. 3.

Q 5